



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

249. De menstruis abstinendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

ter novellam plantationem Ecclesiæ, ut septem annos agant pœnitentiam, tres primos annos tres dies in hebdomada, id est, feria secunda, & quarta, & sexta, quadraginta dies ante Pascha, viginti ante Missam sancti Johannis, viginti ante Natale Domini. Quatuor verò reliquos annos, feria quarta & sexta, & quatuordecim noctes ante Missam sancti Johannis & alias ante Natale Domini. Si se redimere vult, donet unum denarium aut pretium unius denarij pro uno die. Si pauper est, donet dimidium denarium.

De sordidatione puerorum.

CCXLVIII. Pueri se manibus invicem coinquant, quadraginta dies pœniteant, majores verò, centum dies. Pueri se inter femora sordidantes, centum dies pœniteant, majores tres quadragesimas & legitimas ferias. Parvulus à majore oppressus septem dies pœniteat. Si consenserit, viginti dies. Puer voluntariè se polluens, triginta dies, juvenis verò quadraginta dies pœniteat.

De menstruis abstinendis.

CCXLIX. Qui cum muliere menstrua nupserit, quadraginta dies pœniteat.

Ut suprà.

Si quis cum uxore sua retro nupserit, quadraginta dies pœniteat. Si in terga nupserit, tres annos: quia sodomiticum scelus est. Viri inter femora fornicantes annum unum pœniteant. Si in terga, tres annos. Si pueri sunt, duos annos pœniteant.